



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 6. Theodosius Antiochenis ignoscit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

nino persuasum babere, plus omnibus aliis Sæculum IV.  
subditis tuis apud te valere auctoritatem

A. C. 387.

Sacerdotum Dei, quantumvis alias conte-

p. 233.

mni soleat. Verum enim vero non solum

a populo Antiocheno missus adveni; ad-  
sum Legatus Regis illius, qui Dominus  
est Angelorum, ut tibi edicam, si homini-  
bus injurias, tibi illatas, remiseris, Pa-  
trem cælestem etiam tua peccata remissu-  
rum. Illius diei memor esto, qua omnes  
de omnibus actionibus nostris rationem  
reddere cogemur. Perpende, si tibi pec-  
catum aliquod expiandum sit, te jam u-  
num verbum pronuntiando id posse. De-  
legati alii aurum, argentum, dona pretio-  
sa tibi afferunt, ego nihil tibi propono  
nisi sacrosanctas leges, & bortor, ut Do-  
minum nostrum imiteris, qui, quotidie  
nostris peccatis offensus, quotidianis nos  
cumulat Beneficiis! ne, obsecro! promis-  
sum, & spem meam confundas! si civi-  
tati nostræ ignoscas, gratia tua fretus,  
redibo; si irasci pergas, nunquam rever-  
tar, patriam abdico.

### §. VI.

#### Theodosius Antiochenis ignoscit.

Flaviano ita perorante, Theodosius æ-  
gre lacrymas tenens, inquit: Quid  
mirum, si hominibus homines ignoscimus,  
postquam Dominus universi in terram  
descendit, servus pro nobis factus, & cru-  
Hist. Eccles. Tom. IV. lli i cii

**Sæculum IV.** *ci affixus ab illis ipsis, quos beneficiis ob-*  
**A. C. 387.** *ruerat, pro iisdem Patrem rogavit?*

Mens erat Flaviano Constantinopoli per-  
 manere, & cum Imperatore festa Pascha-  
 lia celebrare, sed Imperator ad Episco-  
 pum: *Scio, gregem tuum adbucdum affi-*  
*gi, vade, & solare eum.* Instabat Flavia-  
 nus, rogabatque, ut Theodosius illuc fi-  
 lium suum mitteret; respondit Impera-  
 tor: *Deum ora, ut obstacula removent,*  
*& bella extinguat, ipsis ad vos veniam.*

Ad Monachorum quoque Antiocheno-  
 rum Epistolam Imperator responsum de-  
 dit, videturque apud ipsos factum excu-  
 sare velle. Gentiles quoque non ulti-  
 mas hujus reconciliationis partes sibi tri-  
 buebant, quam Libanii Sophistæ facun-  
 diæ deberi ajebant. Is Constantinopo-  
 lim, quamvis senio impediretur, profe-  
 ctus, coram Imperatore stetit; non qui-  
 dem ut Senatus Antiocheni Legatus,

**Lib. or. 12.** *init. Zos.*  
**lib. 4. p. 766.**  
**Or. 12. 13.** *quod vult Zosimus, sed ut ipsem fate-*  
*tur, suo nomine, & a nemine missus.*

Quatuor orationes, quas illa occasione  
 pronuntiavit, habemus; duæ ad Impe-  
 ratorem Theodosium diriguntur; prima  
 persuadere conatur, ut Antiochenis i-  
 gnoscatur, secunda gratias agit, id factum  
 fuisse. Aliæ duæ in Laudes Cesarii, &  
 positaæ sunt.

**Or. 20. 21.** *Hellebici Imperatoris Delegatorum com-*  
*positæ sunt.*

Post

Postquam Episcopus Flavianus disces. Sæculum IV.  
 fisset, & trajecisset fretum, Theodosius A. C. 387.  
 misit, qui explorarent, an festinaret itinerans; nam haud gratum fecisset Cœ Chrys hom.  
 sari, si in via moratus alicubi Pascha ce 30. p. 234.  
 lebrasset. Nullibi Flavianus hæsit, nec tamen primus faustissimum nuntium af ferre ambivit, sed cursores præmisit, qui litteras Imperatoris Senatui traderent. Rem optatissimam comperiens populus Antiochenus, forum sertis floridis ornat, faces accedit, diemque, tanquam urbi natalem, festum egit. Flavianus *Ibid.* p. 225.  
 reversus ingenti gaudio sororem suam, quam in extremo vitæ periculo reliquit, vivam invenit, & in medio gregis sui Pascha celebravit. Cœterum felicissimum rei periculosæ successum nullatenus sibi tribuebat, & interrogantibus, quomodo iratum Cæsaris animum delinvisset? Dicebat: *Nihil mea opera fa dum, Dei solius opus est, qui Principis mentem mutavit; antequam loqui inciperem, ultrò placatus, de iis, quæ Antiochiae facta essent, locutus est animo tam sedato, ac si non de propria, sed aliena injuria ageretur.* Talis fuit Seditionis Antiochenæ eventus.

p. 226.

## §. VII.

*S. Chrysostomi initia.*

Sanctus Chrysostomus populi in cala Pallad.  
 mitate *Dial.* pag. 40  
 Iii 2